



**Francisci Monacelli Eugubini J. U. D. Protonotarii
Apostolici, olim Ecclesiæ Venusinæ, ac deinde Æsinatis
Vicarii Generalis, &c. Formularium Legale Practicum Fori
Ecclesiastici**

In Quo Formulæ Expeditionum usufrequentium de his, quæ pertinent ad
Officium Judicis nobile, continentur ; Opus Episcopis, Vicariis Generalibus,
Aliisque Iurisdictionem quasi Episcopalem exercentibus: necnon
Confessariis, Parochis, Cancellariis, cæterisque in dicto Foro versantibus,
apprimè utile ...

In qua præter formulas Declaratoriarum Censurarum, ponuntur aliæ
formulæ, tum Citationum, ac Monitionum pro validitate processuum
requisitarum, tum Decretorum, aliorumve actuum ad opportunitatem, &
ornatum materiæ incidentium; acceditque in calce Appendix miscellanea,
plura, ad Gubernium ...

Monacellus, Franciscus

Venetiis, 1709

Sententiæ declaratoriæ excomm. contentæ in Constit. Greg. XIII. Dubiis,
Form. XL.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62433)

Dico igitur, quod si Episcopus in primordio sui gubernii, & in Syndicatu Vicarii Capitularis inveniret certitudine facti, illum absque necessitate pluries ingressum fuisse Clausuram Monasteriorum Monialium, vel in eam numerum excessivum personarum, etiam laicarum

introducisse, poterit si sibi pro exemplo futurorum Vicariorum Capitularium, pro correctione delinquentis expedire videatur, declarare eum incidisse in excommunicationem contentam in d. Bulla, modo sequenti.

Sententiæ Declaratoriæ.

F O R M U L A X L.

V *Isis actis Syndicatus* R. D. N. Vicarii Generalis Capituli proximæ præteritæ Sedis vacantis hujus nostræ Cathedralis Ecclesiæ, ex quibus satis constat (*præter alios notabiles defectus sui regiminis*) ipsum Vicarii Capituli munere fungentem, abutendo facultate *sibi ratione officii à jure tributa* per tres vices absque necessitate, & *etiam a laici juvenibus associatus*, contra expressam prohibitionem Bullæ Greg. XIII. quæ incipit *Dubiis* in Clausuram Monasteriorum Monialium hujus Civitatis, nempe S. N. & S. N. ingressum fuisse: *visa monitione* contra eum exequuta, dicimus, & declaramus prænominatum N. *incurrisse excommunicationem* contentam in d. Bulla, & tanquam excommunicatum, esse publicè denunciandum, prout nos contra eum Cedulones relaxantes, denunciari volumus, & mandamus, &c.

N. Episcopus N.

N. Actuarius.

S U M M A R I U M.

- 1 Vicarius generalis Capituli, tenetur stare Syndicatus.
- 2 Episcopus novus, omittens Syndicatum contra Vicarium Capituli, peccat mortaliter.
- 3 Vicarii Capitulares, sæpe abutuntur jurisdictione.
- 4 Quenam sint crimina, quæ cadunt sub Syndicatu Vicarii Capituli ostenditur, & n. 5. & 6.
- 7 Quæ possit facere Vicarius Capituli suo jure ordinario ostenditur, & n. 8. 9. 10. & 11.
- 12 Prælati non possunt ingredi Clausuram Monialium, nisi occurrente necessitate, & à paucis, & Eccle-

- siasticis Viris associati, non autem a laicis, num. 13. & 14.*
- 15 Prælati visitantes septa Monialium, non possunt, nec debent secum ducere plusquam octo personas, & n. 16.
 - 17 Vicarius Capituli, si est Bullæ Gregor. XIII. transgressor, an & quando à censuris sibi comminatis ab Episcopo appellet ostenditur.
 - 18 Vicarii Capitulares visitantes septa Monialium, & non servantes Bullam Greg. XIII. censuras in ea comminatas incurrunt, & vindicatur conclusio ab objectis num. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. & 30.
 - 31 Vicarius Capituli Bullæ Gregor. XIII. transgressor, absolvitur ab Episcopo.

Denun-